



Universitätsbibliothek Paderborn

Historiae Ecclesiasticae Pars ...

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni
magni ad trigesimum ...

Christopherson, John

[Köln], 1569

De Apolinario Hierapolitarum ecclesiae episcopo. Cap. XXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29861

tale & tam fructuosum cernerem, cumulate quoad poteram perficere elaboravi. Proinde in orientem iter suscipiens, & eousque loci proficiscens, ubi hæc & prædicata & gesta fuerunt, tum accuratè à quibusdam de veteris testamenti libris didicissem, illorù nomina hic subscripta ad te misi. Quæ sunt hæc. Moysis quinque, Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium. Iesus Naue, Iudices, Ruth, Regum seu regnorum libri quatuor. Paralipomenon duo, Psalmi Dauidis, Salomonis proverbia, Sapientia, Ecclesiastes, Canticum canticorù, Iob, Prophetarum libri, Esaia, Hieremia, & Duodecim prophetarum scripta in vno libro separatim contenta, Daniel, Ezechiel, Esdras. Ex quibus breues & selectas quasdam sententias excerpimus, easque in sex libros dispertiuimus. Tot libri dicuntur esse Melitonis.

De Apolinario Hierapolitarum ecclesiæ episcopo.

CAP. XXVI.

EX multis Apolinarij scriptis, quæ apud multos integra seruantur, ista sunt, quæ ad nos peruenerunt.

Liber ad imperatorè, de quo ante diximus, scriptus. Quinque libri contra gentiles. De veritate duo: Contra Iudæos duo: Et alii, quos deinceps scripsit contra Catharygù hæresim, quæ id quidem temporis, (quando quidem iam tum Montanus cum suis pseudoprophetis peruersæ suæ opinionis fundamenta iaciebat) tanquã nasci cœpit: atque etiam non longo tempore post, de integro renouata, multo scripsit longius. Verùm de Apolinario hætenus.

De Musano & eius scriptis, & Tatiano & eius hæresi.

CAP. XXVII.

Musani autem (quem inter eos, qui supra demonstrati sunt, numerabamus) extat quidam liber elegantissimus, ab eo scriptus aduersus quosdam fratres, qui videbantur inclinare ad hæresim eorum, qui Encratitæ dicuntur: quorum error iam tum oriri incipiens, peregrinam, pestiferam, & plenam mendacij opinionem

L 5 in vi